

LOS CUATRO OPUESTOS<sup>1</sup>**Capítulo I.- La contradicción es la máxima oposición, y a ella le sigue inmediatamente la oposición privativa**

1.- Dado que son cuatro las oposiciones, como se dice en *Categorías*<sup>2</sup>, intentaremos tratar de ellas brevemente.

En primer lugar, debe considerarse que la oposición contradictoria es la primera y la mayor entre las demás; la razón de esto la aduce Aristóteles en el libro de los *Analíticos Posteriores*<sup>3</sup>, diciendo que "la contradicción es la oposición que en sí misma no admite un medio"; pues el medio muestra la conveniencia de las cosas distantes<sup>4</sup> y por lo tanto disminuye la oposición. Pero dado que en todas las demás oposiciones se encuentra un medio, todas ellas se alejan algo de la oposición contradictoria. Pues todas las demás oposiciones tienen un medio: unas más y otras menos; y según este más o menos participan de la oposición contradictoria y, por consiguiente, se oponen más y menos.

Pues lo primero en cualquier género es causa<sup>5</sup> de todas las cosas que están en ese género<sup>6</sup>, como se muestra en el libro segundo de la *Metafísica*<sup>7</sup>: y, por tanto, cuanto más participan las cosas, por virtud de un primero, en el género de las oposiciones, tanto menos convienen en un medio.

Pero puede haber dos modos de conveniencia en un medio.

Pues unas cosas convienen en un medio que es del mismo género que ellas: por una parte, en el medio de la materia, como lo blanco y lo negro convienen en el medio del color; y por otra parte, convienen en el sujeto.

Pero otras convienen solamente en el medio de la materia, como los contrarios inmediatos<sup>8</sup> y el hábito y la privación; en efecto, los contrarios inmediatos tienen un sujeto común, y del mismo modo el hábito y la privación<sup>9</sup>.

2.- Pero en éstos hay una diferencia, porque en algunos opuestos privativamente se guarda un orden respecto del sujeto, y así no hay reversión de la privación al hábito; es lo que ocurre de modo semejante con ciertos contrarios inmediatos, como algunas enfermedades que son incurables: tanto en éstos como en las privaciones no queda capacidad alguna en el sujeto para retornar al hábito. Pero hay otros contrarios inmediatos, como la salud y la enfermedad, que se refieren de un modo indiferente a su sujeto, aunque guardando un cierto orden; y, no obstante, porque se dé uno no se suprime la potencia de pasar al otro.

Ahora bien, en los relativos no se presenta ninguno de estos modos de conveniencia: pues no convienen en el sujeto.

No hay identidad entre el padre y el hijo en la medida en que el padre es referido al hijo.

## DE QUATUOR OPPOSITIS

**Capitulus 1.- Quod contradictio est maxima oppositio, et quod eam immediate sequitur oppositio privativa.**

1.- Quoniam quatuor sunt oppositiones, ut dicitur in *Praedicamentis*, ideo de eis breviter agere intendimus.

Primo enim considerandum est quod oppositio contradictionis prima est et maior inter alias; cuius rationem assignat philosophus in *Lib. Post.*, dicens quod contradictio est oppositio cuius secundum se non est medium; medium enim ostendit distantium convenientiam, et ideo minuit rationem oppositionis. Cum igitur in omnibus aliis oppositionibus sit invenire medium, ideo omnes diminuunt de ratione oppositionis contradictoriae. Aliae enim oppositiones medium habent: quaedam tamen plus, quaedam minus: et secundum hoc magis et minus participant de ratione oppositionis contradictoriae, et consequenter magis et minus opponuntur.

Primum enim in quolibet genere est causa omnium quae sunt in illo genere, ut patet secundo *Metaph.*: et ideo quanto magis aliquae participant ratione primi in genere oppositionum, tanto minus conveniunt in medio.

Convenire autem in medio est dupliciter.

Aliqua enim conveniunt in medio eiusdem generis cum eis, et iterum in medio materiae, sicut album et nigrum conveniunt in medio colore et iterum in subiecto.

Aliqua vero conveniunt in medio materiae tantum, sicut contraria immediata et habitus et privatio; contraria namque immediata subiectum commune habent, et similiter habitus et privatio.

2.- Sed in his differentia est, quia in quibusdam privative oppositis servatur ordo respectu subiecti, et ideo non fit reditus a privatione ad habitum; similiter est de quibusdam contrariis immediatis, sicut est de quibusdam infirmitatibus quae sunt incurabiles: et tam in his quam in privationibus non relinquitur aliqua virtus in subiecto ad habitum. Alia autem sunt contraria immediata, sicut est sanitas et aegritudo, quae indifferentes, licet ordine quodam, respiciunt suum subiectum; et tamen per unum eorum non aufertur potentia ad reliquum.

In relativis vero neutro modo est convenientia: non enim conveniunt in subiecto.

Idem enim non est pater et filius secundum quod pater refertur ad filium.

Ni siquiera convienen en un medio de su propio género, pues en los relativos no hay un más y un menos; sin embargo, convienen de un modo especial, ya que uno de ellos, según lo que es, depende del otro: pues los relativos mutuamente se incluyen, se ponen y perecen, como dice Aristóteles<sup>10</sup>.

Mas en los contradictorios no se encuentra nada de esto; pues no tienen un medio de su propio género: el otro extremo es el no-ente que está de modo absoluto fuera de todo género; tampoco convienen en un sujeto: el no-ente no puede tener sujeto, ni siquiera aquello en que queda asegurada la índole perfecta de ente, a saber, la sustancia; tampoco convienen en la dependencia de sus conceptos, como los relativos: pues el ente no pone a su opuesto, el no-ente, como el padre pone al hijo.

Y por tanto la contradicción absoluta carece en sí misma de medio: de aquí que los contradictoriamente opuestos convengan mínimamente y se opongan máximamente<sup>11</sup>.

3.- Pero a la oposición contradictoria siguen las otras oposiciones con un cierto orden. Y por tanto la oposición se da en ellas según un más y un menos.

Así, pues, los opuestos privativamente ocupan el primer lugar detrás de la contradicción, pues no tienen un medio de su propio género<sup>12</sup>, como otros contrarios, ni dependen entre sí, como los relativos, y carecen de un sujeto común. En ellos, no obstante, un extremo, a saber, la privación, de suyo nada pone: consiguientemente de suyo es negación y no-ente; pues las privaciones, como dice Aristóteles<sup>13</sup>, pertenecen al género de no-entes. Mas en virtud de que no es una negación absoluta, sino negación de tal hábito que un sujeto requiere, la privación es negación en un sujeto; la privación, pues, es de suyo como un extremo de la contradicción, mas por razón del hábito al que sigue queda determinada al sujeto y al género de su hábito; por tanto, la privación es negación en el género y en el sujeto, como se ha dicho.

Pero debe considerarse que no convienen completamente en el sujeto, porque cuando la privación se da, elimina del sujeto la razón de contrariedad anteriormente habida, pues el hábito no puede ser repuesto. Sin embargo, esto no lo hace toda contrariedad. Por tanto, es claro que los opuestos privativamente se oponen máximamente y también llegan a tocar máximamente la oposición contradictoria.

4.- De lo dicho resalta fácilmente a qué se opone esencialmente la privación y de qué modo lo hace.

Pues lo que la privación tiene de oposición lo recibe de la contradicción, donde se encuentra la negación absoluta, a saber, el no-ser.

Nec conveniunt in medio sui generis, cum non sit in relativis magis et minus; habent tamen quemdam specialem modum conveniendi, quia unum illorum secundum illud quod est dependet ad alterum: relativa enim se mutuo includunt et ponunt et perimunt, secundum Philosophum.

In contradictoriis vero nihil horum reperitur; non enim habent medium sui generis, cum alterum extremum sit non ens simpliciter extra omne genus; nec in subiecto convenire possunt, cum non ens subiectum habere non possit, nec etiam illud in quo salvatur perfecta ratio entis quod est substantia; nec conveniunt secundum dependentiam suorum intellectuum sicut relativa: ens enim non ponit suum oppositum, scilicet non ens, sicut pater ponit filium.

Et ideo contradictio simpliciter est secundum se non habens medium: unde minime conveniunt contradictorie opposita, et maxime opponuntur.

3.- Post oppositionem autem contradictionis sequuntur aliae oppositiones ordine quodam. Et ideo secundum magis et minus reperitur in eis oppositio.

Privative ergo opposita, cum non habeant medium sui generis sicut aliqua contraria, nec habent dependentiam ad invicem sicut relativa, cum non habeant subiectum commune, primum locum tenent post contradictionem. In his autem alterum extremum, privatio scilicet, de se nihil ponit: unde de se negatio est et non ens; privationes enim, secundum philosophum, sunt de genere non entium. Sed quia non est negatio absoluta, sed talis habitus qui requirit subiectum, ideo privatio est negatio in subiecto; privatio enim de se est tanquam alterum extremum contradictionis, sed ratione habitus quem sequitur determinatur ad subiectum et ad genus sui habitus; et ideo privatio est negatio in genere et etiam in subiecto, ut dictum est.

Sed considerandum est quod non conveniunt omnino in subiecto, quia privatio cum inest, aufert a subiecto rationem contrarietatis prius habitae, cum habitus reduci non possit. Hoc autem non facit omnis contrarietas. Unde manifestum est, privative opposita maxime opponi, et maxime attingere oppositionem contradictionis.

4.- Ex quo de facili ostenditur cui privatio nata est opponi, et quomodo.

Privatio namque id quod oppositionis habet accipit a contradictoriis, ubi invenitur negatio absoluta, non esse scilicet.

Ahora bien, la privación, por todo cuanto es en sí misma, pertenece al género del no-ente; de ahí que por su propia naturaleza esté abocada al extremo menos noble de la contradicción, que es el mayor opuesto; y dado que se separa de ese extremo, pues lo que viene después se separa de lo primero, un extremo de la contradicción tiene como término el sujeto y el género por privación. Así pues, la privación se opone esencialmente a un ser en el sujeto, al igual que en la contradicción el ser absoluto es aquello a lo que primaria y esencialmente se opone el no-ser.

Y así como el no-ser que es el otro extremo de la contradicción se opone de modo absolutamente primario y esencial al ser mismo, también se opone consiguientemente a todo aquello a lo que sigue el ser mismo absoluto, como la forma sustancial e incluso la materia, pues la materia es algo requerido para que se dé un ente completo; asimismo, el no-ser en el sujeto -que es la privación- se opone primaria y esencialmente a un ser que debería estar naturalmente en tal sujeto; consiguientemente se opone a aquello a lo que sigue tal ser, o sea, al hábito.

5.- Pues en el orden de los *principios formales* lo primero es el ser, porque el ser es el primer acto, y no hay algo que se designe en acto, si no es por el ser; por ejemplo, algo tiene la salud en acto porque la salud tiene ser en él; por lo tanto, todas las formas siguen al ser mismo en el orden de los actos o de los principios formales, como se ha dicho<sup>14</sup>.

Pero en el orden de la *inhesión* ocurre lo contrario. Pues la forma es lo que primariamente inhiere<sup>15</sup>; y por la forma también el ser mismo; y así; considerando esta inherencia, el ser sigue a la forma. Y esto puede verse fácilmente en las cosas materiales, como por ejemplo, en la piedra, donde el ser no tiene prioridad sobre la forma de ésta, sino sobre la cosa misma, a saber, la piedra; y consiguientemente sobre la materia y la forma. Vemos, pues, que en tal cosa el ser se refiere a la forma de manera medial y como distante; pues el ser mismo es en la piedra el acto de la cosa de manera inmediata y primaria, y por medio de la cosa el ser mismo es acto de la forma de tal cosa, no como acto de un ente, sino como acto de aquello por lo cual algo es.

6.- De todo esto se patentiza que en el orden de los actos el ser tiene prioridad sobre la forma. Mas dado que la materia está de suyo inmediatamente conectada con la forma con la que está proporcionada, y de cuya conexión resulta el compuesto cuyo acto es el ser mismo, entonces la forma es un medio en el orden de la adquisición del ser de la materia y del compuesto, porque el conjunto mismo no existiría si la forma no estuviera inhiendo en la materia.

Y por ende, en el orden de la inherencia la forma es anterior y el ser es posterior, como se ha dicho.

Unde, cum privatio sit de genere non entium quantum in se est, quia de natura sua attingit vilius extremum contradictionis, quod est oppositum maius, et si deficiat ab illo extremo, quia omne quod est post deficit a primo, unde alterum extremum contradictionis terminatur ad subiectum et ad genus per privationem; illud igitur cui opponitur privatio per se erit aliquod esse in subiecto, sicut esse absolutum est cui opponitur non esse primo et per se in contradictione.

Sicut ergo non esse quod est alterum extremum contradictionis, absolute opponitur ipsi esse absolute primo et per se, ei autem ad quod sequitur ipsum esse simpliciter sicut formam substantialem vel etiam materiam, quia materia est aliquid quod requiritur ad hoc quod totum ens habeatur, opponitur ex consequenti; ita non esse in subiecto, quod est privatio, primo et per se alicui esse opponitur, quod est natum reperiri in tali subiecto; ei autem ad quod sequitur tale esse, idest habitui, opponitur ex consequenti.

5.- In ordine enim principiorum formalium primum est esse, quia esse est primus actus, nec aliquid designatur in actu nisi per esse; non enim aliquis habet sanitatem actu nisi sanitas ponatur esse in eo; ideo omnes formae sequuntur ipsum esse in ordine actuum sive principiorum formalium, ut dictum est.

Sed inhaerendo e contrario Est. Forma enim per prius inhaeret, et per ipsam ipsum esse; et ideo, considerando ipsam inhaerentiam, esse sequitur formam. Et hoc facile est videre in re materiali, ut puta in lapide, ubi esse non est ipsius formae primo, sed ipsius rei, lapidis scilicet; materiae autem et formae ex consequenti. Videmus enim quod esse in re tali per medium et quasi distanter se habet ad formam; ipsum enim esse in lapide est actus rei immediate et primo, et per rem ipsam ipsum esse actus formae talis rei, non ut entis, sed ut eius quo aliquid est.

6.- Ex quibus patet quod esse prius est in ordine actuum quam forma. Sed quia materia immediate habet coniungi formae cui ipsa est proportionata, ex qua coniunctione resultat compositum cuius actus est ipsum esse; ideo forma est medium in acquirendo esse ipsi materiae et ipsi composito, quia ipsum coniunctum non esset nisi forma inhaerens esset materiae.

Et ideo secundum inhaerentiam prior est forma, et esse posterius, ut dictum est.

Así, la privación, en la medida en que toca a la oposición contradictoria, o sea, al no-ser -que es negación del acto primero- se opone directamente a algún ser, y consiguientemente se opone a aquello a lo que sigue aquél ser; pero en la medida en que se aleja de la contradicción, puesto que es tomada como en un sujeto y como algo inherente, repugna primariamente al hábito, porque el hábito es lo primario en el orden de la inhesión, como se ha dicho.

7.- Por lo dicho se manifiesta que se requiere más para la oposición privativa que para la contradictoria; pero lo que la oposición privativa tiene de más sobre la contradictoria no aumenta la oposición, sino que la disminuye<sup>16</sup>.

Lo dudoso es el modo como la oposición contradictoria es mayor que la privativa.

Pues la oposición sólo es el alejamiento de la potencia respecto del acto -como el calor hace que la potencia de su sujeto diste de lo frío-; pero la privación sofoca completamente en su sujeto la potencia al hábito, siendo imposible lograr un hábito después de la privación; por lo tanto, no hay más motivo para que la naturaleza pueda hacer del ciego un vidente, que para hacer del no-ente un ente, pues parece que no se oponen menos la vista y la ceguera que el ente y el no-ente.

También debe observarse que de *dos modos* aleja algo la potencia respecto del acto. *De un modo*, eliminando la misma potencia, de suerte que no quede nada de ella; de esta manera se aleja la potencia respecto del acto en la oposición contradictoria, porque en el no-ente absoluto no hay potencia alguna hacia el ser. *De otro modo*, interponiendo un obstáculo, para que de la potencia no se pase al acto. A su vez, esto puede acontecer de *dos maneras*: la *primera*, consumiendo tiempo y movimiento, como la blancura hace que su sujeto diste de la negrura; la *segunda*, sin movimiento, y así la privación sofoca la potencia de su sujeto hacia el hábito; y no es que se suprima completamente la potencia, sino que se pone el obstáculo de modo indeleble en el sujeto mismo. Y por eso se dice que la privación elimina la potencia hacia el acto. Por lo tanto, en cualquier caso es más milagro el crear las almas, aunque esto maraville menos, que iluminar a un ciego; sin embargo, como esto es más raro, se tiene por más admirable.

## Capítulo II. La oposición contraria, que dista más de la contradictoria que de la privativa

8.- A la privación sigue la oposición contraria, en la cual se encuentra más conveniencia que en las anteriores. Hay sin embargo en ella una cierta acogida de las oposiciones nombradas, y lo que en ella hay de oposición es producido completamente por participación de la oposición privativa y contradictoria.

Privatio enim secundum id quod oppositionem contradictionis attingit, non esse scilicet, quod est negare primum actum, directe opponitur alicui esse, et ex consequenti opponitur illi ad quod esse illud sequitur; secundum vero quod deficit a contradictione, quia accipitur ut in subiecto et per modum inhaerentis, primo repugnat habitui, quia habitus est prior in inhaerendo, ut dictum Est. Sed manifestum est quod hoc debetur privationi in quantum deficit a perfecta ratione oppositionis.

7.- Ex dictis ergo manifestum est quod plus requiritur ad oppositionem privativam quam contradictoriam; sed tamen id quod addit oppositio privativa supra contradictionem non auget oppositionem, sed minuit.

Sed dubium est, quomodo oppositio contradictoria maior sit quam privativa.

Cum enim oppositio non sit nisi elongatio potentiae ab actu, sicut calor facit potentiam sui subiecti distare a frigido, privatio autem omnino removet a suo subiecto potentiam ad habitum, cum impossibile sit habitum induci post privationem, unde non magis potest natura de caeco facere videntem quam ex non ente ens, non minus videtur opponi visus et caecitas, quam ens et non ens.

Sciendum est etiam quod dupliciter elongat aliquid potentiam ab actu. Uno modo ipsam potentiam removendo, ita quod nihil eius relinquatur; et isto modo in oppositione contradictoria elongatur potentia ab actu, quia in non ente simpliciter nihil potentiae est ad esse. Alio modo interponendo obstaculum, ne potentia ducatur ad actum. Sed hoc contingit dupliciter: uno modo ad tempus et mobiliter, sicut albedo facit subiectum suum distare a nigredine; alio modo immobiliter, et sic privatio removet potentiam sui subiecti ad habitum, non quod potentia omnino auferatur, sed quia obstaculum indeleble ponitur in ipso subiecto. Et ideo dicitur quod privatio aufert potentiam ad actum. Unde magis miraculum est in quolibet die animas creare, licet hoc minus miretur, quam caecum illuminare; quod tamen quia rarius est, mirabilius putatur.

## Capitulus 2.- De oppositione contraria, quod magis distat a contradictoria quam privativa.

8.- Post privationem sequitur oppositio contraria, in qua invenitur magis convenientia quam in praedictis. Est tamen in ea quidam accessus ad praedictas oppositiones, et quicquid in ea oppositionis est, totum efficitur per participationem oppositionis privativae et contradictoriae.

Porque algunos contrarios carecen de un medio de su propia naturaleza, como lo sano y lo enfermo, según Aristóteles<sup>17</sup>; no obstante, convienen en un sujeto; y en aquellos donde no hay reversión, como de la enfermedad a la salud, hay un acercamiento mayor a la naturaleza de la privación y del hábito; pero en aquellos en que hay reversión, hay menor acercamiento a la naturaleza de la privación. No obstante, en todos los contrarios un extremo se comporta como la privación y el otro extremo como el hábito.

Pues la privación y el hábito realizan la contrariedad, como se dice en el libro primero de la Física<sup>18</sup>, y por tanto, todas las contrariedades se reducen al hábito y privación como a la primera oposición de un género; mas toda contrariedad se reduce a la oposición contradictoria como a la primera oposición absoluta.

9.- Pues en la misma oposición contradictoria, un extremo es la nada absoluta, una nada absoluta que se determina como sujeto, porque su extremo más noble, a saber, el ente, no requiere sujeto alguno: esto se manifiesta allí donde queda asegurada su índole perfecta, a saber, en la sustancia, la cual exige no ser en un sujeto, como dice Aristóteles<sup>19</sup>.

Ahora bien, en la oposición privativa el extremo menos noble es la nada absoluta, pues pertenece al género del no-ente; sin embargo, ella se determina algo por sujeto: lo cual se patentiza desde su otro extremo, que requiere un sujeto, y éste es el hábito mismo: pues siempre el extremo más noble arrastra al menos noble hacia el sujeto, si él mismo tuviera sujeto; y si no tuviera sujeto, entonces tampoco el otro lo tendría.

Mas en la oposición contraria ambos extremos son algo realmente, aunque el menos perfecto cumpla más deficientemente la índole de ente: y en virtud de esta modulación Aristóteles dice en *Del Sentido y lo Sensible*<sup>20</sup> que la negrura es privación de blancura; y, de manera similar, ambos extremos requieren el mismo sujeto. Es preciso así que la oposición contraria diste más de la oposición contradictoria que de la privativa.

Sin embargo, lo que en ella hay de oposición existe totalmente por la esencia de la contradicción, a saber: en virtud de que un extremo pertenece al ente y el otro al no-ente<sup>21</sup>. Pues lo blanco y lo negro son blanco y no-blanco, como el vidente y el ciego son vidente y no-vidente, y en la contradicción ente y no-ente; pero de diferente manera: porque, en la contradicción absoluta, ente y no-ente se toman universalmente; mas, en la privación, no-vidente no se toma universalmente, pues la piedra es no-vidente, pero ese no-vidente no se opone a la visión como una privación; se trata del no-vidente que, sin embargo, está naturalmente hecho para ver; pero éste es el no-vidente tomado en particular. De manera similar, lo no-blanco se opone a lo blanco como se opone lo negro: no ciertamente lo no-blanco del Egipto, sino lo no-blanco que está naturalmente hecho para ser blanco.

Quaedam namque contraria non habent medium suae naturae, sicut est sanum et aegrum, secundum philosophum; tamen conveniunt in subiecto, et in illis ubi non fit reditio, ut ab aegritudine ad sanitatem, magis acceditur ad naturam privationis et habitus; in illis vero in quibus fit reditio, minus acceditur ad naturam privationis. Semper tamen in contrariis omnibus alterum extremum est ut privatio, et alterum ut habitus.

Privatio enim et habitus faciunt contrarietatem, ut dicitur primo physic., et ideo omnes contrarietates reducuntur in habitum et privationem tanquam in primam oppositionem quae est in genere; sed in oppositionem contradictionis reducitur omnis contrarietas ut in primam oppositionem simpliciter.

9.- In ipsa enim oppositione contradictionis alterum extremum est nihil simpliciter, et simpliciter nihil sibi determinans tanquam subiectum, quia nobilius eius extremum, scilicet ens, nullum subiectum requirit: quod manifestum est in eo in quo salvatur ratio eius perfecta, quod est substantia, cuius est non esse in subiecto, secundum philosophum.

In oppositione vero privativa alterum extremum vilius nihil est simpliciter, cum sit de genere non entium; tamen aliquid sibi determinat pro subiecto: quod patet ex altero eius extremo, quod requirit subiectum, et hoc est habitus ipse: semper enim nobilius extremum trahit ignobilius ad subiectum, si ipsum habuerit subiectum, et si ipsum non habuerit subiectum, nec aliud habebit.

In oppositione autem contraria utrumque extremum aliquid est realiter, licet imperfectius deficiat magis a ratione entis: per quem modum dicit philosophus in Lib. De sensu et sensato quod nigredo est privatio albedinis; et similiter utrumque extremum requirit idem subiectum. Unde oportet quod oppositio contraria magis distet ab oppositione contradictoria quam privativa.

Verumtamen quidquid oppositionis in ea est, totum est per naturam contradictionis, secundum videlicet quod alterum extremum pertinet ad ens, alterum vero ad non ens. Album enim et nigrum sunt album et non album, sicut videns et caecus sunt videns et non videns, et in contradictione ens et non ens; sed differenter, quia in contradictione absoluta ens et non ens accipiuntur universaliter, in privatione vero non videns non accipitur universaliter: lapis enim est non videns, non tamen illud non videns opponitur visioni per modum privationis, sed non videns quod tamen natum est videre; hoc autem est non videns in particulari acceptum. Similiter non album opponitur albo sicut nigrum: non quidem non album Aethiopsis, sed non album quod tamen natum est esse album.

10.-De lo dicho se ve que la contradicción, en la medida en que es contradicción, no niega nada en el género, sino absolutamente fuera del género. Pero el hecho de que las proposiciones contradictorias se incluyan, de modo común, en un género, como por ejemplo "hombre blanco, hombre no-blanco", "el hombre corre, el hombre no corre", no acontece por la esencia de la contradicción absoluta, sino por una resolución de las proposiciones contrarias en las contradictorias, de las cuales reciben naturaleza de oposición<sup>22</sup>: es lo mismo, pues, "hombre negro" y "hombre no-blanco", "hombre que no corre" y "hombre que está parado". Y por tanto tales contradicciones tienen todos extremos en un género.

11. -Por eso se engañaron los sofistas al pensar que un extremo de la contradicción, justo el no-ser, estaba contenido en un género, viendo que una proposición sólo se oponía contradictoriamente a otra cuando acerca de un mismo sujeto se afirmaba verdaderamente y se negaba falsamente lo mismo, y esto al mismo tiempo, porque lo admitieron en predicados contrarios reducidos ya a los contradictorios; ciertamente esos predicados contrarios tenían que tener necesariamente una conveniencia en el sujeto y en el género, como se ve en lo blanco que se opone a lo negro: pues lo que no es en absoluto, no es blanco. De suerte que la proposición en que se niega que es blanco aquello que no lo es, es tan verdadera como aquella en que se afirma que existe aquello que existe. Y por tanto, cuando se dice "Sócrates es blanco, Sócrates no es blanco" no hay contradicción absolutamente, sino contradicción participada en los contrarios, a saber: en lo blanco y en lo negro. Y así, en todas las proposiciones de tal jaez, ambos extremos están en un género.

12. -Pero en los absolutamente contradictorios, ninguno de los extremos está en un género: de tal índole son el ser y el no-ser. Pues es manifiesto que el ente no está en un género, ni tampoco su opuesto. Y así como todas las cosas que están en un género pueden reducirse al ente que no está en un género, también todas las oposiciones de las cosas que hay en el género de los existentes pueden ser resueltas en aquella oposición cuyos términos no están en un género. Y así como las cosas son tanto más perfectas cuanto más participan del ente -como la sustancia es más perfecta que el accidente porque en ella se encuentra perfectamente la razón de ente-, también las oposiciones de las cosas son tanto más perfectas en el género de las oposiciones cuanto más participan de la oposición cuyo extremo es el ente; y esto se encuentra en la privación y en el hábito, que son los extremos de la primera oposición que pertenecen a la sustancia.

10.- Ex dictis ergo manifestum est quod contradictio, secundum quod contradictio est, nihil negat in genere, sed simpliciter extra genus. Quod autem contradictoriae propositiones ut communiter accipiuntur in genere, ut puta homo albus, homo non albus, homo currit, homo non currit, hoc non est per naturam contradictionis simpliciter, sed per resolutionem propositionum contrariarum in contradictorias, ex quibus naturam oppositionis accipiunt: idem enim est homo niger et homo non albus, homo non currens et homo stans. Et ideo omnes tales contradictiones habent extrema in genere.

11.- Inde est quod sophistae decepti sunt putantes alterum extremum contradictionis, non esse scilicet, in genere contineri, quia viderunt propositionem unam non esse alteri contradictoriam, nisi de eodem subiecto idem re vere affirmaretur et falso negaretur, et hoc in eodem tempore quod acceperunt in praedicatis contrariis resolutis tamen in contradictoria; quae quidem praedicata contraria necesse est convenientiam habere in subiecto et genere, ut patet de albo quod opponitur nigredini: nam quod non est simpliciter, non est album: adeo namque vera est propositio in qua negatur esse album de eo quod non est, sicut est illa in qua affirmatur esse de eo quod est. Et ideo cum dicitur socrates est albus, socrates non est albus, non est contradictio absolute, sed contradictio participata in contrariis, in albo scilicet et nigro. Et ideo in omnibus talibus propositionibus utrumque extremum est in genere.

12.- In contradictoriis vero absolute neutrum extremum est in genere: huiusmodi enim sunt esse et non esse. Manifestum enim est quod ens non est in genere, nec suum oppositum. Et ideo, sicut omnes res quae sunt in genere est reducere ad ens quod non est in genere, ita omnes oppositiones rerum in genere existentium est resolvere in oppositionem illam cuius termini non sunt in genere. Et sicut res tanto perfectiores sunt quanto magis participant de ente, sicut substantia est perfectior accidente quia in ea reperitur perfecta ratio entis; ita oppositiones rerum tanto perfectiores sunt in genere oppositionum, quanto magis accedunt ad participandam oppositionem eius cuius extremum est ens; et hoc reperitur in privatione et habitu quae sunt extrema primae oppositionis pertinentia ad substantiam.

### Capítulo III.- La oposición relativa

13.- La oposición relativa participa mínimamente de la contradicción; y no porque tenga un medio de su propio género, lo cual disminuye en otras la índole de oposición, sino porque requiere extremos realmente diversos.

Pues hay ciertas relaciones que se siguen de la acción del intelecto, como la relación de identidad, la del género y de la especie y otras parecidas, en las cuales no hay diversidad que no sea hecha por el intelecto. Pero en otros relativos que se fundamentan en la cantidad o en la acción hay una diversidad real, como se ve en doble y mitad, padre e hijo y otros semejantes. Y en todas las demás oposiciones se encuentran extremos diversos, como se ve en blanco y negro -que son contrarios-, en visión y ceguera -que son privativamente opuestos-.

Mas en los absolutamente contradictorios no hay extremos realmente diversos, porque el no-ente no es cosa alguna. Sin embargo, los extremos de la contradicción son siempre realmente diversos: lo que a veces no se da en los relativos, como se ha dicho. Pero en otros, a saber, en los relativos cuyo ser es "hacia-otro" por la dependencia mutua que expresan entre sí hay todavía menos participación de la contradicción que en las demás oposiciones cuyos extremos no se incluyen recíprocamente ni se ponen, pues en verdad cuando uno está presente en un sujeto el otro no puede estarlo; y esto es universalmente verdadero en todas las oposiciones cuyos extremos convienen en un sujeto, como ocurre en blanco y negro, visión y ceguera. Y por lo tanto, el sujeto se transmuta según los extremos: marginando uno y exigiendo otro; y así, la generación de uno es la corrupción de otro.

### Capítulo IV. De qué manera se siguen de las oposiciones antedichas los diversos modos de transmutación

14.- Ahora queda por ver los modos de transmutación que se siguen de las oposiciones antedichas.

Debe tenerse en cuenta que, según incluso la doctrina de los filósofos, las cosas son producidas por Dios en cuanto a su ser: de aquí que Dios sea no sólo causa del movimiento celeste, sino también de su sustancia, como dice Aristóteles<sup>23</sup>.

Pues así como por naturaleza algo se hace desde su opuesto, como el ser animal se hace del no-ser animal, así es necesario que el ser absoluto, que es efecto propio de Dios, emane del no-ser absoluto; y éste es el otro extremo de la contradicción; y no es que sea necesario que el no-ser mismo preceda temporalmente al ser mismo: sólo se trata de una precedencia de naturaleza.

Pues la causalidad propia de Dios toca los extremos de la contradicción, que están fuera de todo género, y por lo tanto su acción no supone nada necesariamente: y esta acción es *creación*, la cual no está en el género del movimiento, pues no tiene sujeto alguno como principio de su movimiento<sup>24</sup>.

### Capitulus 3.- De oppositione relativa.

13.- Oppositio autem relativa minimum habet de contradictione: non quia habeat medium sui generis, quod in aliis minuit rationem oppositionis, sed quia non requirit extrema realiter diversa.

Sunt enim quaedam relationes quae sequuntur actionem intellectus, sicut est de relatione identitatis et de genere et de specie et huiusmodi, in quibus nulla est diversitas nisi quam facit intellectus. In aliis vero relativis quae fundatur super quantitate vel actione est diversitas realis, ut patet de duplo et dimidio, patre et filio, et huiusmodi. In omnibus autem aliis oppositionibus est reperire diversa extrema, sicut patet de albo et nigro quae sunt contraria, de visu et caecitate quae sunt privative opposita.

In contradictoriis vero absolute non sunt extrema realiter diversa, quia non ens non est aliqua res. Sunt tamen extrema contradictionis semper realiter non eadem: quod tamen in relativis quandoque deficit, ut dictum est. In aliis autem, scilicet relativis quorum esse est *ad aliud*, propter dependentiam eorum ad se mutuo, adhuc minus de contradictione est quam in oppositionibus aliis quarum extrema non includunt se invicem nec ponunt, immo cum unum inest, reliquum impossibile est inesse; et hoc universaliter verum est in omnibus oppositionibus quarum extrema conveniunt in aliquo subiecto, ut est de albo et nigro, visu et caecitate. Et ideo transmutatur subiectum secundum illa, alterum relinquens et alterum requirens; et sic generatio unius est corruptio alterius.

### Capitulus 4. Quomodo diversi modi transmutationum sequuntur oppositiones praedictas.

14.- Tunc ergo restat videre de modis transmutationum quae sequuntur oppositiones praedictas.

Sciendum est ergo quod secundum doctrinam etiam philosophorum, res productae sunt a Deo ad esse suum: unde non solum est Deus causa motus caeli, sed etiam substantiae eius, ut dicit philosophus.

Sicut ergo per naturam fit aliquid ex suo opposito, sicut esse animal fit ex non esse animal, ita necesse est esse simpliciter, quod est proprius Dei effectus, emanare ex non esse simpliciter; et hoc est alterum extremum contradictionis; non quod ipsum non esse necesse sit duratione praecedere ipsum esse, sed natura tantum.

Propria ergo causalitas Dei attingit extrema contradictionis, quae extra genus sunt, et ideo actio sua nihil supponit necessario: et haec actio est *creatio*, quae non est de genere motuum, cum non habeat aliquod subiectum tanquam principium motus sui.

Sin embargo, el movimiento está siempre en el móvil como en un sujeto. Por ello, esta acción es solamente suya, y no se comunica a criatura alguna. Pues la acción de una cosa no excede aquellos principios suyos por los que obra.

Toda cosa creada, pues, está incluida en un género.

Por eso es imposible que la criatura llegue a lo que no está incluido en un género, tocándolo como sujeto de su acción. Pero de tal índole son justamente el ser y el no-ser, los cuales figuran como extremos de la contradicción y de la creación. Y por tanto ninguna criatura puede crear.

15.- Para que esto quede claro debe considerarse que el ser se refiere a la creación de diverso modo que a la generación<sup>25</sup>

Pues el ser es la primera de las cosas creadas, según el autor del libro *De Causis*: y no es que la creación esté en el ser mismo como en un sujeto, por el hecho de que la creación pasiva sea un accidente, al que conviene tener un sujeto; más bien, la creación está en la misma criatura como en un sujeto. Pero la creación, en la medida en que es una relación, tiene esencialmente como término de la referencia el ser mismo de la cosa creada y, por medio del ser mismo, la cosa.

Esto es obvio: porque el extremo de tal relación está en la criatura; lo cual no tendría lugar si la criatura no tuviera realmente ser.

Pero el ser mismo no puede recibir accidente alguno: sólo recibe accidentes aquello que es. Así, pues, en la cosa *serhabiente*<sup>26</sup> la relación, según lo que tiene de común con los demás accidentes, pertenece a la cosa; pero según su propia razón de relación, que consiste en referirse a otro, pertenece esencialmente al ser mismo de la cosa, por el cual la cosa es referida a Dios.

Pues el ser divino es propiamente la razón del acto creador, porque por la creación todas las cosas en común llegan a participar el ser en la medida en que les es posible, pero no participan la naturaleza divina: ésta no es participada por la criatura, aunque en él mismo se dé el ser y la naturaleza y la sabiduría y la potencia o cualesquiera atributos de esta índole: pero esto se da en pocas cosas.

16.- En la generación, en cambio, el mismo generado no llega a participar el *ser* del generante, sino a participar su *naturaleza*: de otro modo, como el ser pertenece al supuesto<sup>27</sup>, en tal naturaleza habría una participación en el supuesto, y así Sócrates generaría a Sócrates; por lo tanto, en la generación Sócrates no engendra a Sócrates, pues solamente el supuesto tiene un ser incommunicable; más bien, el hombre engendra al hombre: pues la naturaleza permanece una según la índole de naturaleza, siendo la definición una. Pero Dios no crea a Dios: pues *Dios* es un nombre que expresa la naturaleza, como el nombre de *hombre*; sin embargo, el ente crea al ente; por tanto, la relación de la criatura a Dios se funda en el ser de la criatura<sup>28</sup>.

Motus autem semper est in mobili ut in subiecto. Inde est quod haec actio sua solummodo est, et nulli creaturae communicatur. Actio enim rei non excedit principia ipsius per quae agit.

Omnis autem res creata in genere est.

Unde impossibile est creaturam ad id quod non est in genere attingere tanquam subiectum suae actionis. Huiusmodi autem sunt esse et non esse, quae sunt extrema contradictionis et creationis. Et ideo nulla creatura creare potest.

15.- Ad huius evidentiam considerandum est, quod esse diversimode se habet ad creationem vel ad generationem.

Esse enim est prima rerum creatarum, secundum auctorem *Lib. De causis*: non quod creatio sit ut in subiecto in ipso esse, cum creatio passiva sit accidens, cuius est habere subiectum; sed ut in subiecto est in ipsa creatura. Sed creatio secundum quod relatio est, terminat respectum per se ad ipsum esse rei creatae, et ad rem per ipsum esse.

Quod patet: quia extremum relationis ipsius realiter est in creatura; quod non contingeret, nisi creatura haberet esse realiter.

Ipsium tamen esse nullius accidentis est susceptivum, sed ipsum quod Est. Ideo in re habente esse secundum illud quod relatio habet commune cum aliis accidentibus, relatio pertinet ad rem; sed secundum propriam rationem eius quae est referri ad alterum, pertinet ad ipsum esse rei per se, per quod res refertur ad Deum.

Esse namque divinum proprie est ratio creandi, quia per creationem omnes res communiter accedunt ad participandum esse quantum est eis possibile, non autem naturam divinam: ipsa enim non participatur a creatura, licet ibidem sit esse et natura et sapientia et potentia, sive quodcumque huiusmodi: huiusmodi enim in paucis reperitur.

